



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

12. Dies Septembris. Vera scientia consistit in duobus punctis, nimirum;
quod Deus sit omnia, & homo sit nihil? S. Laurentius Justinianus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

temb.
nolle, &
uidquid
habere,
s in omni-
em subi-
voluntas,
quidem
uperent
tes, aut
hil in s,
i Artal-
s potes
honef
quidem
non vi-
sarcina
quibus
at, nul-
de onus
dam ru-
n, ar-
d nimo
runcille
n, re-
tepo-
istomi-
tes no-
uris, &
osecto
m reti-
amdu
toleta-

Septemb.

Tessera.

721

toleramus cupiditates, sumus nobis intolerabiles, si-
ne ulla adhuc fortunæ gravitate. Excutiamus illa,
exoneremur spe: nunc ipsam fortunam levet expe-
riemur. Temperabit excessum cupiditatis Tempe-
rantia, sine quâ, nunquam cupidus quiesceret; quia:
Omnia des cupido: sua non perit inde cupido.

12. DIES SEPTEMBRIS.

Vera scientia consistit in duobus punctis, nemirum;
quod Deus sit omnia, & homo sit nihil? *S. Lau-
rentius Justianus.*

Studiofi-
tas.

PRæstabilior, quam primâ fronte
videtur, est hæc, quæ in honora-
tâ Temperatiæ turmâ, prima
ordine procedit Virtus, vulgo di-
cta studiositas. Ejus dignitatem, primum erit assequi
ex ejus muneribus. Duo sunt autem illius munera:
alterum excitare ad comparationem scientiæ: alte-
rum frænare, & temperare scientiæ cupiditatem.
Primum igitur, acuit hominis industriam, excutit-
que torporem, quoad capessendam necessariarum
rerum cognitionem præpedit. Quis non ardeat, ut
scientiâ polleat, si uberrimos, quos inde potest cape-
re fructus, secum expendat? Quam pulchrum, & ju-
cundum fuit videre inter Græcos, Homerum; apud
Hæbreos, Salomonem: Lycurgum, apud Lacede-
monios: Prometheum, inter Ægyptios: Livium in-
ter Romanos, apud eosdem Tullium: Apollonium,
apud Indos; & Secundum, inter Assyrios. Quam fe-
lices fuerunt Philosophi; quibus, bono fato nasci
contigit illis temporibus, quibus tanta erat idiota-
rum copia, tanta literatorum penuria; ut ex diversis

Pars III,

Zz

Regnis,

722 Christiani Militis. Septemb
Regnis, & Regionibus remotissimis, ex nationibus
peregrinis concurrerent homines, non modo ad au-
diendam doctrinam Philosophorum, sed ad ipsos
iam videndos.

II. D. Hieronymus dicit tempore, quo Rom
floreat maximè, Livium, Decades suas scripsisse:
men de ultimis Hispaniae, Galliarumque finibus
quosdam venisse nobiles, ad vindendum Livium: (a)
& quos, ad contemplationem sui Roma, & Capo-
lii magnificentia non traxerat: unius hominis fa-
mam, colloquiumque perduxisse. Salustius ait glo-
riosum esse res illustres gerere: sed non minus arduum
ita res ab aliis gestas scribere, ut facta, dictis ex-
quantur. Quis Alexandrum Magnum novisset, nisi
de eo scripsisset Curtius? Quis esset Ulysses, nisi Ho-
merum praëconem habuisset? Quis Alcybiades, nisi
Thucydides eum extulisset? Quis Cyrus, nisi Xeno-
phon monumentis suis, res gestas illius conservasset?
Quis Scipio Africanus, si absque Decadibus forat
Livii? Quis Trajanus, nisi intimus illi amicus fuisse
Plutarchus ille nobilis? Quid de magnanimitis facino-
ribus Julii Cæsaris? quid de rebus gestis Pompei Ma-
gni sciremus, nisi Lucanus illa celebrasset? Itaque,
scientiæ beneficio homines sunt non tantum multis
noti, sed apud plurimos clari. Hinc præclarè de Hi-
storiarum scientiâ Nicephorus? (b) Historia, liber
viventium, & tuba, quâ excitati mortui, in medium
producuntur. Ideò appositè dicit Plinius: (c) Beatos
puto, quibus, Deorum munere datum est; aut faceri
scribenda, aut scribere legenda: beatissimos vero quibus
uirumque. Imò Cicero, in Laudem Poësiōs dicit.
Nullus

(a) L.2. Epist.2. (b) Init. Histor. (c6). Epist.16.

Septemb.

Tessera.

723

Nullius agriculturae cultu, stirps tam diurna, quam Poëta
versu seminaripotest.

III. Unum porrò est deplorandum: plurimos
esse in terris Virtutis Doctores, paucissimos ejus-
dem sectatores: Adstipulatur mihi Valla: *Plures*
sunt jam Doctores, quam docti. Phavorinus Philoso-
phus Anthonii Gellii Magister dicere solebat: Ideò
Philosophos priscos sumimā in auctoritate fuisse;
quod paucissimi essent Magistri, plurimi discipuli.
Hodie è contrà, qui Magistrorum cathedras inva-
dunt, penè infiniti sunt; qui verò sedimittere ad di-
scipulorum subsellia sustineant, rarissimi. Tametsi
studiositas, de quâ hic sermo, præcipue se occupat in
cohibendo nimio sciendi desiderio: ne hoc natura-
le pondus, animum deprimat ultra rectum, abripiat-
que ad eorum cognitionem, quæ homini consenta-
nea sit. Una est scientia, quæ inter omnes te-
net principatum: & ideo, ut eâ polleamus, meretur
omnem nostrum conatum: quam tradit hodierna
tessera: scire Deum esse omnia; & hominem esse ni-
hil, est in Christi Academia, & Spiritus sancti Gym-
nasio altissima Philosophia: imò præstantissima
Theologia. Utinam illius scientiæ capessendæ tan-
tus esset ardor: quantus, ut profanam caperet, fuit
in Diogene: qui profectus Athenas ad Antisthe-
nem, ut ab eo doceretur: cùm ab eo sæpè repellere-
tur; non destitit tamen inhærere: adeò, ut cùm ei
aliquando baculum intentaret Antisthenes, ultrò ba-
culo caput subjecit, dicens: *cede, si vis, at nullum*
invenies baculum tam durum, quome abste abigas,
dum aliquid docueris. Par sit tibi ardor illius,

Zz 2

quam

724 Christiani Militis Septemb.
quām præfata tradit tessera , intelligendæ scientia
eam si fueris doctus , meritò tunc dixerō cum Poëta
Plus probo thesaurum docti , quām divitus aurum.

13. DIES SEPTEMBRIS.

Qui cibis abstinent , & mala agunt , dæmones imitan-
tur , quibus culpa adest , & cibus abest ? *Isidorus*
per Amos Prophet.

Absti- I. Bstinentia à laude Abstinentia
mentia. crimen esset injustitia ; upo-
te , quæ jure meritò est lauda-
da , cùm de te benè men-
reddat laudabiles . Quid studes saginæ ? Angelus
expectant ad cœnam magnam in cœlis ; quid te
gurgitas cùm pecudibus in terris ? Qui ad opiparum
invitatus est epulum : domi non farciet ingeliti-
bis stomachum . Invitatus es à magno illo Rego
qui disposuit tibi mensam , ad manducandum co-
sternanna , in quo est omne delectamentum , qui-
te abjicis cum prodigo ad siliquas porcorum ? Ellæ
fæx vitarum , hæc vita , & remotissima ab anima-
tionis participie ; quantò magis à spiritu Dei compre-
te . Prima lex , quam Deus unquam tulit , fuit ab-
stinentiæ ; ut per eam servaretur donum Innocentia .
Tunc demùm , Adam exutus est veste nuptiali origi-
nalis Justitiæ , dum violavit legem Abstinentiæ .
Quid Deo , & ventri ? Quomodo Deus charum ha-
bebit eum , cui Deus venter est charus ? Quomodo
Divina Veritas in eo habitabit , qui amentissimus
idololatra est ? Extrema fuit olim iustitia homi-
num ; inclinare genu iis , quæ facta fuerant ab ho-

minis